

Palæstra Christiana. Pars I. Cap. VI. 691

ait, imperante Domino IESU, & notum tibi hospitium porcos tibi. Non tulit Christi nomen speciosa larua & in auras abiit.

His sese artibus miserissimi cacodæmones tenent hoc eorum est negotium, tentare. Quod infra demonstrabimus, de Tentatione locuturi.

Contra tentationes fecer labor, cum vestiendi aut calcandi exigunt qua faciendi opifices imitandi.

Nos sedulos opifices amulemur, cum eos variis exercet labor, cum vestiendi aut calcandi exigunt qua faciendi opifices imitandi. Ergo, ait Magister, laboremus & satagamus. Ad fores expectat lucrum, certe ad nos ingressurum, si fores pandat labor. Amici desidia & mora non sunt fugandi. Ergo citius surgendum, ad lectum ferius redeundum. Noctes utrimque mutilat longos faciunt dies. Agamus focij, agamus. Non deambulandi, non oriandi, non potandi, sed laborandi & lucrandi iam tempus est. Ita sua senio prouidebimus solatia.

En mechanicum ingenium, si quidem frugi sit, in rem suam tam catum est, vt opportunitatem augenda pecuniola non sinat elabi vacuum. Ita proflus cum maxime quis tentatur, ipse dicat: Age age; iam attentius & crebrius orandum, exteriores sensus custodiendis cautiùs, plus stipis largiendum, parcius prandendum, subinde cœna abstinentum. Nec enim abijt tentator cerberus, dum macellum patet. Vigiliis, abstinentia, precibus hic canis stygius fugatur. Ergo Deum totis brachiis, & quam arctissime potes, complectere. Nulla tibi tentatio, nulla nocet aduersitas, vt Ecclesia canit, si nulla tibi dominetur iniquitas. Nunc animis opus; aude aliquid cœlo dignum. Non spectatore tantum, sed & auxiliatorem habes Dominum IESUM, & ontificem tentatum per omnia. Hunc intrare in deserto clurientem, in oliueto precantem, in pratorio spiritus, flagris, spiritus operum, in cliuo Golgothæo linguis famis, clavis confixum, pro te mortuum. Quid tu pro illo; si crucem tuo corpore vestire non potes, eam saltem patienter porta. Resiste diabolo, & fugiet a te. Si pugnare non vis, præmium non amas; cælum odisti. Quid trepidas? Solus non es; Dominus IESUS tecum est; vt pugnantem iuuet, vt vincentem coronet. Vicisti, si audes & velis vincere. Omnia, vel maxima quæque mala diligentibus Deum cooperantur in bonum.

Hæc omnium validissima est cohortatio qua seipsum quisque ad virtutem conicit. Sibi ipse quilibet potentissimus virtutis suæ for est.

CAPVT VI.

Tentationes animum emaculant & Sapientiam docent.

Multa sunt aromata, quibus sine omni detrimento vita carere possumus. Et quanti sine pipere ac gingibere, sine croco, cariophyllo, cinnamo sine mace & vnguentaria nucæ, sine omni peregrino aromate vitam agunt commodissime. Has merces Germani è terris alto sole calentibus apportant. Sine aromate Germanico, sine Sale difficillimum est vivere. Sal non tantum panibus pinsendis, sed omnibus panè cibis coquendis admiscetur. Nec tantum cibis, sed & aliis quæ parantur in cibos, sal adhibetur. Carnes bubulas, ceruinæ, aprugnæ, pisces, & quidquid insecmodi eduliorum est, diutiùs seruari non licet, nisi sale aut fumo durentur. Buryrum diuturniori vsui seruandum, priùs est salendum. Mensa sine sale profana, culina sine sale pauperima, nulla est. Hinc Origines: *Sicut caro*, inquit, si sale non aspergatur, quamuis sit præcipua, corrumpitur: ita & anima nisi tentationibus assiduis salietur, continuo resoluatur, & relaxatur. Caro sale non conspersa corrumpitur, animus tentatione non duratus contabescit. Quod diuus Leo asseuerans: *Nulla sunt*, inquit, sine tentationum exper-

Sal omnibus panibus pinsendis, sed omnibus panè cibis coquendis admiscetur. Orig. in lib. Num. Ita anima nisi assiduis tentationibus saluetur, continuo resoluatur, & relaxatur. Leo ser. 55.

mentis opera virtutis; nulla sine perturbacionibus fides, nulla sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. Tentatio hominem ab ignavia tabe conseruat, tentatio purgat, tentatio prudentia donat, sapientem efficit. Quod iam explicatius dicendum.

§. I.

Tentatio delictorum sordes expurgat, prudentiam & sapientiam generat. Quod Hebræus Psaltes testatus: *Igne nos examinasti*, ait, sicut examinatur argentum. Valde quidem vitæ Domine, tua fornax, sed illud est solatio; sicut nobilitatis nota metalla ex igne prodeunt formosiora, ita no. tentatione pargamur & recoquimur, excussa scortia podit argentua purum, aurum excoctum. Quod Zacharias prædicens: *Vram eos*, inquit, sicut vrum argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Annis superioribus vsit Dominus Germaniam fame, bellis, peste. Illud tamen salutar omnem publicam & priuam calamitatem: Dns aurifex peritissimus scit quid faciat, nec vllas sibi leges figi patitur, argentum suum, quamdiu vult, excoquit & purgat, idque argenti bono. Nam addit Zacharias: *ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum*. Sed sur, qui querantur: Vocamus, aiunt, sed non audimus. Omale querulil Nemo istud cogitet. Non audimus, ait Aug. *voluntatem, sed audimus ad sanitatem*. Erramus quis enim reget, argètum rude, impurum, hoc ergo fuit excoquendum. Quod Zacharias dixit: *Conuertam manuum meam ad te; & excoquam ad vrum scortiam tuam, & auferam omne saccum tuum*. Res mita, non omnia mollit ignis. Cera quidem in igne liquefcit, disfluunt metalla, limus durefcit. Maronis metrum est:

Limus vt hic durefcit, & hæc vt cera liquefcit Vno eodemque igni

Tentatio delictorum sordes expurgat. Zach. 13. 9. Vram eos, inquit, sicut vrum argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Nemo istud cogitet. Non audimus, ait Aug. voluntatem, sed audimus ad sanitatem. Vsa. 1. 25. Vrg. eel. 8.

Sunt qui tentatione effertiores fiant & pertinaciores, diuina negligant, Deum precari desinant, cæli surditatem accusent & impiè dicant: *Quantumuis diu multumque orem, nihil tamen efficio; ferreum est cælum atque inexorable; Labori ergo parcam Quid enim frustra clamem si non audiat: Et lutum grauitur induratum. At verò probi dolore animi colliquescunt in ipsas quandoque lacrymas. Metallum probum, argentum purum. Tentatio, inquit Augustinus, tempestas est, ex qua hic emergit, ille suffocatur. Israël's populus per mare medium viam transeundi reperit spatiosissimum; rex Pharaon cum suis in eodem maris vado submersus est, Noë cum suis in diluuiio super omnia montium cacumina in sublime per arcam euectus est, reliqua omnis turba in aquis perijt. Tentationes ita quosdam purgant vt ij ad Deum ad cælestia & diuina ardentius ferantur. Hos inundantes aquæ in altum eleuant.*

Improbi hominis voces. Gen. 7. 17.

Quartana febris, morbus planè admirabilis. Aduersus hunc subinde plurima tentantur, profectu nullo. Egrotus demum liberalissime, & quantum appetentia lubet, ientare sinitur, sed à cibo, vel ante illum propinatur poculum quod cieat vomitum. † Ita æger cum amplo scenore reddidit, quidquid priùs ingessit: nam vnà cum cibo glutinosos humores & alui coacta reicit. Hæc hominis sanitas; ita quartana pellitur. Tentatio velut medicata potio, in mente turbas, excitat, molestias creat, parit nauseam, sed ita purgat; tentatus sæpe omnem conscientiam in aures fides exonerat, ita graui se onere leuat. Mare circumflantibus ventis & tempestate commotum, perinde vt homo nauseabundus, vomitat & vnà plurimum purgamenti reicit, eoque vomitu seipsum depurat: tentationes velut turbines & tempestates valde commouent, sed simul sordes diu collectas eiciunt.

Vomitum appellat. Tentatio est potio medicata.

Ioannes Gerfon vit ad omnem pietatem eruditissimus hic solatur, & *Quamuis*, ait, in tentatione quiescam

In tentatione homo se diuine venon